

13899^a
[Rome] 19 mars 1614. Réforme des Constitutions de la cathédrale
de Montepulciano, faite per Bellarmin.

1399^a
/ Reformatio Constitutionum Ecclesiae Cathedralis Politianae,
auctoritate S.D.N/ri Pauli Papae V à Roberto Bellarmino Cardinale
confecta.

Constitutiones Ecclesiae Politianae anno Dni 1542 à R/mo et Ill^{mo}
5 Cardinali S/tae Crucis, qui postea Marcellus II Pontifex Maximus fuit,
auctoritate S/tae memoriae Pauli Papae III confectae fuerunt, sed
quoniam ea Ecclesia illo tempore collegiata erat, et postea à Pio IV
Pontifice Maximo in Cathedralem erecta fuit, et Concilium Tridenti-
10 dit: praedictae Constitutiones non omnino accommodatae statui eccle-
siae et tempori praesenti esse videbantur. Ea de causa ad supplicatio-
nem R/mi Epi et Venerabilis Capituli ejusdem ecclesiae Sanctissimus
D/nus Noster Paulus Papa V. hoc anno 1613 per Breve suum mihi Roberto
S/tae Mariae in Via Presbytero Cardinali ejusdem Marcelli Papae II
15 sororis filio, auctoritatem attribuit, praedictas Constitutiones re-
cognoscendi, easque reformandi mutando, addendo et tollend; prout mihi
pro utilitate ecclesiae videbitur. Cujus Brevis Apostolici tenor est,
qui sequitur.

* * *

Dilecto filio Nostro Roberto Tituli Sanctae Mariae in Via Presbi-
20 tero Cardinali Bellarmino nuncupato / Paulus PP. V.

Dilecti fili noster salutem, et apostolicam benedictionem. Exponi
Nobis nuper fecerunt Venerabilis Frater Robertus Episcopus Montispo-
lianensis, ac dilecti filii Capitulum et Canonici ecclesiae Montispo-
litianensis, quod

25 Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die VI Decem-
bris ~~MDX~~ MDCXIII. Pontificatus nostri anno Nono. / S. Cobellutius.

* * *

Nos igitur auctoritate praedicta, sequentes reformationes confeci-
mus, easque servari mandamus, districte prohibentes, ne quis alias
constitutiones vel reformationes contra praedictas, absque licentia
30 S/tae Sedis Apostolicae speciali, facere sive edere praesumat, itti-

/ tum et inane dedernentes, si quid contra praedicta à quocumque ullo
unquam tempore contigerit attentari. 1399⁸

Primum igitur ob reverentiam S/tae Memoriae Marcelli II Summi Pontificis, constitutiones ab eo editas mandamus nullo in loco deleri, 5 sed, ut jacent, describi vel imprimi, et nostras reformationes vel seorsim adjungi, vel ad finem singularum constitutionum alio caractere, vel aliquo signo addito, describi sive imprimi reformationem, quae ad constitutionem illam pertinet: sic tamen, ut reformatio vim habeat constitutionis obligantis, non ipsa verba constitutionis, quae, ut 10 diximus, solius reverentiae causa deleta non sunt.

Deinde generatim admonemus, ut ubicumque in Constitutionibus praedictis nominatur Archipresbyter, intelligatur Episcopus, et ubi dicitur Ecclesia collegiata, intelligatur Ecclesia Cathedralis, et ubi Monspolitianus appellatur, terra, intelligatur civitas.

15 Si qua autem hujus regulae, praesertim in nomine Archipresbyteri, exceptio fieri debeat, suo loco significabitur.

[Sequitur Reformatio Constitutionis II, III, VI, VIII, X, XVI, XX, XXIII, XXX, XXXII, XXXVI, XLIX, LV, LX, LXVIII, LXXIV, LXXV, LXXIX, LXXX, LXXXI, LXXXV, LXXXVIII]

20 Atque hactenus de reformatione Constitutionum Sanctae memoriae Marcelli Papae II.

Porro Constitutiones, quas postea confecit R/mus D. Spinellus Bencius, primus Politianae Civitatis Episcopus, declaramus non habere vim constitutionum: sed tamen quia fere totae ex decretis Sacri Concilii 25 Tridentini depromptae sunt, hortamur omnes Ecclesiae Politianae Sacerdotes, aliosque Ministros, ut eas habeant, et legant, et observent in omnibus, quae Constitutionis à Nobis, Apostolica auctoritate, reformatis non repugnant. Et quoniam parum prodest, constitutiones conscribere, nisi accedat observatio: Eadem auctoritate, et de expresse mandato 30 Sanctissimi Domini Nostri, qui reformationes nostras vidit, consideravit, et probavit, committimus Admodum Rev. Domino Alexandro Ambrosino, Vicario Generali Ecclesiae Politianae, tanquam Commissario Apostolico, et Nostro, ut Constitutiones Ill/mi et R/mi Dñi Marcelli Cardinalis

/ Sanctae Crucis cum nostris reformationibus, Capitulo, et Canonicis, ac
reliquo Clero Ecclesiae Politianae legitime intimari, notificari, pu-
blicari, atque executioni mandari faciat, Contradictores si opus fue-
rit censuris, aliisque poenis ecclesiasticis compescendo, et ita dici-
5 mus, reformamus, statuimus, committimus, et mandamus, omni meliori modo,
quo Jure possumus, et debemus.

Ita reformamus, statuimus, committimus, et mandamus
(autogr)

R. Card/lis Bellarminus, manu propria.

[Sequitur fides notarii Montispolitiani, de intimita et significa-
10 ta sub die 19 Martii 1614 reformatione... hodie die 15 Sept. ejusdem
anni 1614. . . .]

Archiv. Capitol. Poliziano. Mss. origin. in 8° fol. 55.